Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8477
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



proprium educit, deinde illum qui est
in abilitate post ipsum et sic alium
per ordinem. ultimo vero operatur
illud in sanguine quem usque in pos-
tremum natura recondidit et re-
tinet sicut thesaurum eius. cocta tamen
expellit post longam prohibitionem
ex[illegible]sionis inquantum ei possibi-
le est. Sed quem educit primo proprie
et suo iure regulata educit.
aliquo vero sic degenerans propter superfluum
operationis sue et proprie quando ef-
fremitat sicut diximus et accidit
illud proprie sicut si facile irascens
incitetur. ut furiat insiliet
nempe tunc et transgredietur
rectitudinem operationis ultra modum
intentionis sue. ¶ Distinguendum
autem in posse medicinarum in ma-
terias hoc modo. Medicina enim
cui proprium est colera educere ipsam
educit primo post ipsum flegma
colera nigra ultimo agit in
sanguine. Et medicina eductiva
flegmatis primo agit in ipsum post
in colera citrinam ultimo vero
in sanguine. neque mirandum nulli
medicinarum proprium est de prima
intentione esse sanguinis educ-
tiva custodit enim ei natura usque
in postremum non deserit nisi coac-
ta. Et si arguatur de sanguine in
quem cecidit corruptio et putre-
factio. dicendum iam defuisse
sanguinem. Inquit enim Galienus
de sanguine cui accidit ut pu-
trefiat scire debes quoniam eius sub-
tile transit in colera citrinam
et grossum eius in melancoliam
hos autem educi posse nulli du-
bium est. Educunt autem sanguinem
omnia solutiva ultime et effre-
nitus non proprie et hoc tribus mo-
dis. aut quia scilicet medicina
est earum que excoriant venas
aut que venarum orificia aperiunt
apertione sanguinem fluere faciente
aut quia per eam pervenitur ad ultimum
evacuationis sicut diximus. Et ex
rebus hec facientibus est aloe ma-
lum quem diximus et similiter cucumer
asininus et centaurea et coloquin-
tida que nascitur sola in planta
sua et euforbium et mezerion
et proprie pruna et scamonea co-
rastem. ¶ Et sunt ex medicinis
que mundificant sanguinem et
clarificant eum sicut lupinus proprie
et capillus ve. et raudstem. et
aqua lactis et proprie caprarum.
boni pastus et succus rose et cas-
siafis. et absinthium et fumus terre
et alsiracost et affodilli et succus
eius et similia. ¶ Medicine autem de
proprietate principaliter educentes co-
lera sunt aloe et scamonea et
absinthium et eupatorium et lupillus.
et mirabolani citrinis et fumus
terre et species rand. et aqua casei
et succus rosarum et viole et cassia
fistule et tamarindi et pruna
et psillium et terani abim species.
mane et siracost. ¶ Et medicine
proprie et principaliter educentes flegma
sunt kebuli emblici et belerici
et salgema et coloquintida et tur-
bit et sticados et yreos et sar-
cocolla et ben et kerua et yso-
pus sicca et hasce et opponacum
et aristologia et cartamus et
centaurea et eupatorium et
agaricus et cucumer asininus
et hermodactili et euforbium
et squilla et ciminum et asarum
et polium et urtica et zinziber
kerua et aqua caul. et mel. et
zuccarum rubeum. ¶ Et medicine
proprie et principaliter educentes
colera nigrum sunt epithimum et
sticados et mirabolani nigri et
polipodium et stebran et lapis
lazuli et lapis armenus et cala-
mentum montanum et sene et elle-
borus niger et sal indi et sal
napticum et sal nigri. et similia
¶ Et educentes medicine proprie
humores adustos sunt aqua
casei et sene et mirobolani
indi et fumus terre et cassia
fis. et volubilis maior. et
lupulus et similia. ¶ Solutive
autem aquositate educentes sunt
turbit et asse. et capilli ve.
et sal. et salgema. et eufor-